Dnica. Legitur in vitas patrum quidam tam excellentis vite fuisse, vt innumeris miraculis coruscaret et bestiis indomitis imperaret. Propter quam graciam in superbia eleuatus et spiritu fornicacionis seductus tam grauiter cecidit, vt inducias penitendi a deo postulatas accipere non meretur. Cuius ruinam beatus Anthonius per spiritum intelligens planxit, dicens: Hodie magna columpna ecclesie cecidit. Seuerus in vita sancti Martini scribit historiam ex parte similem, sed fine dissimili: Cum quidam anachorita ob vite sanctitatem tantam accepisset a domino potestatem, vt demonibus imperaret et missis fimbriis cilicii sui de obsessis corporibus illos fugaret, propter honores ob hoc sibi impensos sic cepit intus inani gloria pulsari, vt ruinam metuens deum attencius ~~rogaret~~ oraret, quatinus dyabolum ad similitudinem illorum, quos curare consueuerat, quinque sibi mensibus dominari permitteret. Qui a domino exauditus mox vt furere cepit, vinculis est ligatus et post quinque menses demum curatus, non solum a demone, sed eciam a vicio inanis glorie. Propter

+ Vo di Gf. in vitas

im paret

meretur + Jo di Gf.

– vita

Tp

– tenus